

Kali sulphuricum.

(*Arcanum duplicatum. Tartarus vitriolatus.*)

Massam salinam post destillationem Acidi nitrici remanentem in Aquae quantitate sufficiente coquendo solve, et simul Acidum, si abundat, cum Kali carbonico satura; Liquorem evapora donec cuticula appareat, filtra, et in crystallos redige.

Kali tartaricum.

(*Tartarus tartarisatus.*)

℞. Kali carbonici quantum vis.

Solve in

Aquae fervidae Octuplo;

adde successive

Tartarum depuratum in pulverem tritum, donec effervescencia cesset. Liquorem rite saturatum filtra, et leni calore ad siccum evapora.

Obinetur quoque Kali tartaricum, quum paratur Acidum tartaricum, suo loco expositum.

Lapides Cancrorum citrati.

℞. Lapidum Cancrorum pulveratorum quantum placet.

Affunde

Succi Citri recentis quantum sufficit ad saturationem; postea exhalet humidum leni calore in vase porcellaneo vel vitreo, agitando spathula lignea. Massa exsiccata teratur et cribretur per linteam.

Linimentum ammoniatum.

(*Linimentum volatile.*)

℞. Olei Olivarum Uncias tres,
Liquoris Ammonii caustici Unciam unam.
Agitentur in vase vitreo, donec perfecte in unum
coëant.

Linimentum saponato-campho-
ratum.

(*Balsamum Opodeldoc.*)

℞. Saponis medicati rasi Uncias duas,
Camphorae tritae Drachmam unam.
Liquoris Ammonii vinosi Unciam unam cum *℥ij*
dimidia,
Olei Roris marini Guttas Sexaginta. *℥ij*

In vase vitreo, vesica teſto, supra arenam tepidam li-
quescant, ut refrigerata massam, gelatinae similem, re-
ferent.

Liquor Ammonii acetici.

(*Spiritus Mindereri.*)

℞. Ammonii carbonici sicci uncias tres, *℥ij*
Aceti concentrati Uncias undecim, vel quantum re- *℥ij*
quiritur ad saturandum.

Diluatur postea Aqua destillata simplici, ut totius Pou-
dus sit Unciarum viginti quatuor.

Liquor

Liquor Ammonii anisatus. -

(*Spiritus Salis ammoniaci anisatus.*)

℞. Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duodecim,
Olei Anisi aetherei Unciam dimidiam. -
Solutis adde
Liquoris Ammonii caustici Uncias tres. -
Miscee.

*℥ij = 60 grains
ʒii. 2,5 -
ʒj. 15 -*

Liquor Ammonii carbonici
aquosus.

(*Spiritus Salis ammoniaci aquosus.*)

℞. Ammonii muriatici Libram unam,
Kali carbonici Libram unam cum dimidia.
In retorta vitrea mixtis adde
Aquae communis Libras quatuor.
Fiat destillatio leni calore, donec Aqua prodiens crus-
tam salinam, in excipulo antea obtentam, solverit.

Liquor Ammonii caustici.

(*Spiritus Salis ammoniaci cum Calce.*)

℞. Calcariae ustae Libram unam cum dimidia.
Conspargantur Unciis circiter novem Aquae calidae, ut
per extinctionem perfectam fatiscent in pulverem. Huic
in retortam vitream immisso adde
Ammonii muriatici contriti Libram unam,
Aquae communis Libras tres.
Applicetur statim excipulum amplum,
Aquae destillatae Libram dimidiam.
continens. Destillent leniter Librae duae cum dimidia,
ut sint Liquoris Librae tres, in lagenis vitreis, episto-
mio vitreo obturatis, servandae.

Liquor Ammonii pyro-oleosi.

(*Spiritus Cornu Cervi rectificatus.*)

Liquor ammonialis, ex destillatione Cornu Cervi, aut Ossium purgatorum, una cum Ammonio sicco ac Oleo foetido obtentus et separatus, rectificetur ex cucurbita vitrea, alembico munita, Partem dimidiam destillatione eliciendo.

Liquor Ammonii succinici.

(*Liquor Cornu Cervi succinatus.*)

℞. Acidi succinici quantum placet.

Saturetur exade

Liquore Ammonii pyro-oleosi.

Filtra et conserva.

Liquor Ammonii vinosus.

(*Spiritus Salis ammoniaci vinosus.*)

℞. Spiritus Vini rectificatissimi Partes duas,

Liquoris Ammonii caustici Partem unam.

Misce et in vitro probe clauso conserva.

Liquor Hydrargyri muriatici corrosivi.

(*Loco Aquae phagedaenicae.*)

℞. Hydrargyri muriatici corrosivi,

Ammonii muriatici, singulorum Grana viginti quatuor.

Solve in

Aquae destillatae simplicis Libris duabus.

Adde

Mellis rosati Unciam unam.

Liquor Hydrargyri nitrici.

(Mercurius nitrosus.)

℞. Hydrargyri puri Unciam unam.
Digerendo leni calore solve in
Acidi nitrici puri quantitate sufficiente.
Solutio adde
Aquae destillatae simplicis
quantum requiritur, ut Liquoris sint Unciae quatuor.

Liquor Kali aceticæ.

(Liquor terrae foliatae Tartari.)

℞. Kali aceticæ siccæ Libram unam,
Aquae destillatae simplicis libras duas.
Solve et filtra.

Liquor Kali carbonici.

(Oleum Tartari per deliquium)

℞. Kali carbonici siccæ Libram unam.
Solve in
Aquae destillatae simplicis Libris duabus.
Filtrata et serva.

Liquor Kali caustici.

(Lixivium causticum.)

℞. Kali carbonici Libras duas.
In vas ferreum immixtis affunde
Aquae communis fervidae Decuplum;
tunc successiveingere
Calcariae ustae pulveratae Libras tres.

Coque per horae quadrantem, agitando spatula. Si Liqueor, cum Acido quocunque mistus, ullam producit effervescentiam, Calcaria usta est addenda. Cola per linteum. Liqueor, in lagenas vitreas obturatas immissus, postquam subsederit, decantheur et evaporet, donec eius Unciae quatuor compleant vas, quod capax foret Unciarum trium Aquae simplicis. In lagenis vitreis obturatis conserva.

Liqueor Myrrhae.

℞. Myrrhae contusae Uncias duas.

Aquae destillatae simplicis Uncias octo.

Digere in vase vitreo aut porcellaneo obturato, balneo aquae commisso, ad sufficientem Myrrhae dissolutionem. Liqueorem per linteum colatum loco frigido conserva.

Liqueor pyro-tartaricus.

(*Spiritus Tartari.*)

℞. Tartari crudi quantum vis.

Fiat destillatio ex retorta, ad dimidiam partem repleta, aperto et sensim aucto igne, in excipulum satis capax, et tubulo, per quem transeat Gas, impetuose prorumpens, instructum. Destillatione finita, Liqueorem elicatum ab Oleo foetido filtratione repetita libera et conserva.

Liqueor Saponis stibiati.

(*Sulphur auratum liquidum. Tinctura Antimonii Jacobi.*)

℞. Saponis stibiati Uncias octo,

Tincturae kalinae,

Aquae destillatae simplicis, singularum Uncias duodecim.

Digerantur leni calore, subinde agitando Liqueorem; quem filtratum conserva.

Liquor Stibii muriatici.

(*Butyrum Antimonii.*)

℞. Stibii oxydulati fuscii Uncias duas,
Natri muriatici siccati Uncias sex.
Mixtis in retorta vitrea affunde
Acidi sulphurici concentrati Uncias quatuor,
Aquae communis Unciis duabus.
antea dilutas. Fiat destillatio ex arenae balneo, igne sub
finem aucto. Liquorem obtentum conserva.

Magnesia carbonica.

(*Magnesia Salis amari.*)

℞. Magnesia sulphuricae crystallisatae Libras decem,
Natri carbonici crystallisati Libras duodecim.

Solvantur seorsim in duplo Aquae ferventis. Soluta
filtrata in lebeti stanneo commisceantur atque continue
agitantur spatula lignea. Post ebullitionem per horae
quadrantem, mixtura diluatur Aqua fervida, et per linteam
colatur. Magnesia in linteo remanens edulcoretur, et levi
calore perfecte siccetur.

Magnesia sulphurica.

(*Sal amarum.*)

Magnesiam sulphuricam satis puram dat Sal Said-
schitzense genuinum. At quae, sub Salis anglici no-
mine ad nos venit, depuratione indiget; quae fit, cum in
Aquae fervidae pari pondere solvendo, filtrando et in
crystallos redigendo.